

Afflue vigili tenuat sua robora cura.  
Fecerat in muro plures testudo fenestræ,  
Cujus Oriciadæ formam construxerat astus.  
Jam quoque casuram credebant agmina turrim.  
Cum cœlare jubent patres testudinis iætus,  
Eleæti donec juvenes mittantur in illam,  
Qui captam teneant summis cum viribus urbem.  
Sancte tuum festum Viætor laudabile multum  
Forte celebrabat mundus, Pianæ super astra  
Quando levata fuit martyr, virgoque decora;  
Luce sub hac cursus medios jam Phebus agebat,  
Æstus erat grandis, tecum rogitaſſe putatur  
Cœlica turba Deum, Pisanus Præſul, & omnis  
Firmiter orabat Sancto cum Præſule Clerus,  
Quatenus ipſe fuis pugnantibus auxilietur.

Divinus . . tantos audisse rogatus  
Creditur, & fusas lacrymas monuisse Tonantem.  
Deviat esse Dei quicquid tales negat actus.  
Et pro posse suo non laudat cunctipotentem.  
Extemplo medius dum carpenter æthera Titan  
Mota fuit turris graviter, cœciditque patenter.  
Intremuit locus, & pulvis vicina replevit.  
Inconsumpta jacent mensis convivia: tentant,  
Protinus introitum Latius seu Gallicus hostes:  
Ugo qui Pifis comitum vice prædictus extat,  
Et Dodo Teperi clarus per prælia natus  
Ac Cunithonides animis decoratus, & actis,  
Et Catalanensis quidam bene promptus in armis  
A portu pariter per portas ingredientes  
Invadunt Ebusum, sternunt, feriuntque feroces  
Viribus, & perimunt lates successibus hostes.  
Qualiter armentum tygres per rura sequuntur,  
Quando potenter eas jejunia longa coerent;  
Haud fecus herorum gladii Pagana fugantur  
Agmina: tunc reliquis succurrunt undiq; turmæ  
Nulli parcentes, fexus jugulantur, & actas.  
Hinc aditum quendam retinebant Ismahelitæ;  
Maurus ibi pugnabat atrox metuendus in armis,  
Et ferus acceſsum cunctis prohibere putabat.  
Erigit Ildeprancus in hunc Enfraxius enem  
Cædentes mirum mirando recidit in iætu.  
Qui per rupturas intrarunt denique muri  
Barbara concidunt fugientum corpora ferro.  
Tunc perculsa cedit gladius Ebusina juventus:  
Hic caput, atque manus, illic sunt crura pedesq;  
Quæq; pedes facies hominum projecta jacebat  
Eruta corporibus morientum millia calcant  
Belligeri cunei, sed qui de cœde superfunt  
Ascendent medios inter duo robora muros.  
Altera turba ruens fugit ad sublimia saxa,  
Quæ supraſati spectantia diximus æquor.  
Inde ruuat partim, partim truncantur, & illinc  
Rupibus è summis ſalfas jacintur in undas.  
Hic malus est saltus, quem Mauri tunc didicere.  
Qui non fugerunt, taxofis iætibus & non  
Continuere manus, de muris præcipitati  
Undique confracti media jacuere platea.  
Declinat medios dum Titan in æquore cursus,  
Pugnantefque viros & fervidus æstus agebat,  
Urbs ubi prima fuit divino viœta vigore.  
Altera viœtores veniunt ad moenia, portas,  
Et superos aditus perfringere Marte laborant.  
Multiſoni resonant variis rambonibus usus;  
Saxa volant, misfæque pluunt utrimque fagittæ.  
Hortantur proceres pugnantes fortiter alas.  
Utraq; turba fremit, penetrant ad sydera voces.  
Ascendent geminas dum pugnant agmina turres,  
Et superare putant reliquam velocius urbem,  
Accurrens Ebusina cohors violentius hostem  
Impetit, & axis, telis, ſudibusque repellit,  
Perque cohærentes cogit descendere ſcalas.  
Postquam bella viris in nullo commoda praefant  
Mox ſua caſtra moyent, & barbara tecta sub-

intrant.

Tom. VI.

A Sed, defunctorum ne corrumpantur odore,  
Traditur extintus flammis crepitantibus hostis.  
Postera lux oritur, confurgentefque catervæ  
Tendunt in reliquam studiis ardentibus urbem.  
Nocte dieque suas exercent fortiter artes.  
Lux oœtava redit, turres feriendo reclinat  
Machina, testudo perfringit fedula muros,  
Cum nox transierat vicinæ proxima luci  
Auroræ patuere fore, Phœbus que redibat;  
Protinus ascendunt super altas agmina turres.  
Barbara turba pavet, celfaq; recurrit ad arces.  
Alphæus populus defuncta cadavera calcans  
Hostiles cuneos gladio profernit, & haſta:  
Dumque fatis properant super ardua ducere  
caſtrum

B Menia, Dominici folers quod cura paravit,  
Telorum nimbi ſumma mittuntur ab arce,  
Sarnicolasque ſuper volitant ingentia . . .  
Sed Christi pietas, divinaque gratia quantum  
In ſperantes ſemper fuſtentat, & auget,  
Humanæ nequeunt ad plenum dicere linguae.  
Nam Christi facto, qui noscitur omnia poſe,  
Viætoris feſto, qui primam vicerat urbem,  
Hujus in oœtava meruit ſuperare ſecundam  
Pisanus populus ſemper confiſſus in ipſo.  
Viætores tandem captos retinere laborant,  
Et ſervare locum; patres deducere caſtra  
Circumquaque jacent: parent, aſt obſidionem  
Moenibus inclufis omnes viciniū addunt.  
Nulla quies cuiquam tenebris vel luce dabatur;  
Turres tormentis altas, muroſque petebant,  
Quæque graves longè dimittit machina moles,  
Menia celfa petens, portabat ad uſque fenefras  
Cautæ, internaſternendo ſapius ædes;  
Viciniuſque malus cui non erat agmine compar  
Subliuem trahit crebro ſervebat in aulam,  
Nunc ultra turres lapides portabat, & infra,  
Et de ſacrilegiſ faciebat ſape ruinam.  
Talibus & reliquis populus Pisanus agebat  
Artibus, & duros tentabat vincere catus;  
Tum Guido Rubeus, ſimil & Catalanicus heros  
Incaſsum miſtas non direxere fagittas.  
Econtra Mauri bellantia ſæpe petebant  
Agmina, non parili facientes prælia dextra.  
Sævus Abulmunzor ſuper ardua moenia demum  
Afflens, fractam defixi lumine turrim  
Spectabat tristis: caſu ſinuaverat arcum  
Villano genitus, qui mittens ſpicula contra  
Spectantem medio defixi gutture Maurum.  
Juravitque pridem per jura Machamatis ille  
Incolumem cuiquam ſe nunquam reddere terrā.  
Tunc ſibi ſubjeſti ſuauerunt talia cives:  
De juramento nulla ratione teneri,  
De nuper facto fuſi docuere cruores;  
Sanus enim non eſt, cui figunt ſpicula guttur.  
Ergo tui compos citius fac deditiōem,  
Et te nobis cum pariter de funere ſerva.  
Motus erat Princeps diætis, precibusq; ſuorum.  
Mittitur Alphæus ducibus qui nuntiet ita.  
Forma placet paeti Pisanis, protinus illi  
Nil dubitando viri ſinē conditione dederunt  
Omnia, ſe pariter, mortis terrore remoto.  
Tunc pie Laurenti, mundus tua ſesta colebat.  
Te venerande Deum placido moviſſe rogarū,  
Autumat Ecclesiæ populus, creduntque fideles.  
Cum vexilla ſuper poſuerunt agmina turres,  
Ter Domino laudes totum cantaverat agmen,  
Cornicinumque dabant voces lituique tubæque,  
Tinnitusque pios resonantia ſigna tulerunt.  
Confendunt proceres ſummas properantiū  
arces.

C At cōmune jubent ſpolium properanter in unum  
Accumulare locum; turres, & moenia cuncta  
Certatum ſternunt avidi turreſque coæquant.

K z Tran-